



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXXV. De Munitione, Muris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. LXXIII.

Munera.

Axioma I.

Munera dantem & accipientem faciunt de-
viare à justitia, cap. pauper. cap. qui recte 11.
quæst. 3. muneribus enim ubi redemptio spera-
tur, culpa non timetur, d. c. pauper. siquidem
obsecrant oculos sapientum, Exod. 23. Deut. 16.
1. Reg. 8. 2. Paralip. 19. Esai. 1. Mich. 3. Eccles. 20. &
vocari solent pravaricatione veritatis, c. 66. caus.
11. quæst. 3. Gvilhelm. Boeckel. de publ. judic. dis-
quise. 13. Unde qui muneribus Ecclesiam ac-
quirere tentaverit, à Clero rejiciatur, cap. san-
ctum. 7. q. 1. c. observandum 13. quæst. 1. c. quæst.
12. quæst. 2. cum in electione munera interve-
nire non debeant, cap. illud 8. quæst. 2. In acci-
piendis ergo vel dandis muneribus tria maxi-
me attendi debent: (1.) personæ dantis & ac-
cipientis qualitas. (2.) quantitas muneris. (3.)
tempus donationis, c. cisi 18. extr. de simon. ob
munera tamen parva animus in persona ma-
gna mutatus non creditur, text. in c. 18. extr. de
simon. quamvis tutius si beatus dici velit, ut ab
omni munere manus excutiat, cap. cisi quæstio-
nes 18. de simon. cap. sunt nonnulli 104. 1. quæst. 1.
Symphor. in Comment. de arrest. Amor. art. 27.
pag. 724. II.

Munus gratis oblatum recipi potest, c. dile-
ctus 31. in fin. extr. de simon. hinc ipsi principes
strenas accipiunt, iis tamen modum ponunt, ne
offerentium facultates exhauriantur. l. un. C. de
oblat. Votor. Perez. ibid. n. 3. seqq. Tutor etiam
solennia munera mittere potest. l. 12. §. 3. de ad-
min. tut. Perez. d. l. n. 2.

CAP. LXXIV.

Munificentia, Libe-
ralitas.

Munificentia virtus utpote eximia decet
viros Principes, quippe per quam ad Dei simi-
litudinem quadantenus accedere illi licet, at-
que magnum ei splendorem circumponit, arg.
l. unic. C. de thesaur. l. penult. C. de donat. int. vir.
& uxor. Pruckman. ad §. soluta potestas. cap. 4.
num. 2. effect. 7. num. 26. Iapia. de Constit. Prin-
cip. c. 4. num. 1.

CAP. LXXV.

De Munitione, Muris.

Axioma I.

Ad instructionem murorum & pontium
omnes tenentur quomodocunque privilegiati,
etiam suburbani & in vicis habitantes, quin &
Ecclesiastici, surgat necessitas. Perez. C. de
quib. muner. vel prestat. n. 12. prius tamen ex-
pendenda quæ in communi arcâ sunt. Perez.
ibid. num. 13.

II.

Murum communem pro diviso usque ad

partem dimidiam cavare licet si sit latissimus,
ut inde damnum non metuatur, secus si sit
tenuis, Resold. thes. pract. verb. gemeine Wand.

III.

Edificium muro communi superstructum
sit commune, & soluto pretio pro muri parte li-
cet vicino super alieno pariete edificare.
Surd. decif. 168.

CAP. LXXVI.

Mutatio v. supra Cor-
rectio.

Axioma I.

Mutatio etiam in melius non præsumitur,
l. quamvis 8. ff. de Usur. Licet enim mutari su-
bito non debeant quæ cum deliberatione facta
sunt, c. 1. in fin. extr. Ne sed. vacant. aliq. immov.
suadente tamen subjectorum utilitate mutari
possunt in melius, ordinatâ consultè & ratio-
nabiliter, cap. ult. in pr. de sent. excomm. ita mu-
tantur sæpe dicta Dei, licet Deus sit incommuta-
bilis, cum ex misericordia temperat sententiam,
cap. incommutabilis. cap. non semper 12. 22. q. 4.
Mutare enim Deus novit, quando de malo in
melius homines mutantur, cap. magne 7. extr.
de vot. & redempt. ita quandoque pro necessi-
tate temporum mutantur illa, quæ non sunt
contra Evangelia, cap. privilegia. 2. cap. ampu-
tato 11. 25. quæst. 2. ita quandoque Romana
Ecclesia statuta sua mutat ob temporis exi-
gentiam, cap. posteaquam. 21. §. hic ita 25. q. 2.
ita mutantur Reges propter negligentiam re-
giminis. cap. alius 3. 15. quæst. 6. ita mutantur
penitus privilegia, quia pro necessitate corri-
gendorum vitiorum dantur, cap. posteaquam.
§. hic ita 25. quæst. 2. mutantur & in melius
incautè promissa, cap. in malis. 5. & seq. 22.
quæst. 4. imo & consilia & proposita, cap. certè.
12. quæst. 1. cap. beatus 5. 22. quæst. 2. Votum
etiam iusta de causa mutari posse, text. est in
c. magne 7. extr. de vot. & vot. redempt. quia
votum in melius mutans illud frangere non
dicitur, cap. scriptura 4. extr. eod. mutationis
igitur causa & voventis qualitas in mutatio-
ne voti semper consideranda, cap. 1. d. c. ma-
gna. extr. eod. vid. omnino Arnif. 2. relect. po-
lit. cap. 2. sect. 4. n. 1. & seqq. p. 336.

IX.

Ex solennibus nihil facile est immutandum,
l. cisi nihil 183. ff. de R. J. vid. infr. lib. 17. cap.
solennitas.

III.

Ubiunque mutatio juris nulla supervenit,
ibi à jure communi recedendum non est, Just.
Mejer. in disp. de donat. simplici tb. 96. quod
enim non mutatur, quare stare prohibetur? l. 27.
C. de res. l. 32. §. 2. C. de appellat. cap. de constit. in 6.
Bocer.